



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Fides dicitur multipliciter.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

*Elōgantes sē à Deo in triplex ma-
lum incurunt.*

- Luc. 15** **P**rimo, in euacuationem omnis boni spiritualis, ueluti exemplum extat de filio prodigo. Et **Hier. 2.** Hierem. Elongauerunt sē, & postu- nitatē abierunt, & uani facti sunt. **Ecc. 13** Secundo in obliuionem. Ecclesiasticus. Non te elonges à uiro poten- ne forte eas in obliuionem. Virum potentem Christum appellat. Et hoc **Hier. 2.** est maius damnum. Hier. Duo mis- fecit populus meus, me derelique- runt fontem aquæ uiue, & foderunt bi cisternas dissipatas, quæ contine-
- Hieron.** non ualent aquas, &c. Et Hieron- mus. Scito, & uide quia malum, & amarum est, te reliquise deum tuum & non esse timorem domini apud te. **Psal. 72** Tertio in perditionem. Vnde De- uid dicebat contra istos. Qui elonga- se, à te peribunt. Bonū igitur est des- adherere, & firmiter manere.

Fides dicitur multipliciter.

- Tim. 5.** **F**ides quandoque dicitur spu- sio, de qua dicebat Paulus a Timoteum. Quia primam,

INSTITVTO. 90

dem irritam fecerunt. Fides, quandoque dicitur fidelitas. Vnde in Proverbiis dicitur. Virum fidelem quis inueniet? Quandoque dicitur conscientiam, secundū Pauli sententiam. Omne, quod nō est ex fide, peccatum est.

Pro. 20.

Quandoque dicitur sacramentum fidei. Vnde P. Augustinus. Quid est paruulos habere fidem, nisi fidei sacramentum?

Ro. 14.

Et dicitur fides uiua, & fides mortua. Mortua est, quæ sine operibus charitatis est. de qua dicebat Iacobus.

Augus.

Fides sine operibus mortua est in se. Hæc enim fides non est secura, nec meritoria tribus causis. Primo, quia deo non placet; est enim sicut cadaver exanime deo oblatum. Vnde Iacob. Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. Bernardus..

Iac. 12.

Quid est fides, quæ nō operatur ex dilectione nisi cadaver exanime? benè honoras Deum munere fetido, benè placas Deum tuę fidei interfectione.

Iac. 2.

Secundo quia fides mortua facit ad augmentum culpæ, & pena. Augmen-

tuum culpæ facit, quia cum sit cognitio aggrauat culpam, sicut ignorantia attenuat; augmentata autem culpa,

augmentatur & pena. Vnde apud Lucam legitur. Seruus sciens uolūtatem

Bern.

domini sui, & non faciens, plagiis ua-

Iac. 12.

H 6

Luc. 12.

CHRISTIANA

Bernar. pulabit multis. Et Bernar. Ad cum-
lum damnationis uidetur nobis reli-
cta fides futuræ promissionis. Tertio,
quia fides mortua, fides dæmonum es-
se uidetur, non hominum. Vnde Pa-
ter Augustinus. Nolite tanquam de
fide securi esse, adiungite fidei redi-
nitam æternam, ut Christum con-
fitemini uerbis uera dicendo, & facis
benè uiuendo. nam si confitemini
uerbis & non factis, fides talium pro-
priè fides est dæmoniorum. fides cum
dilectione fides christiani est, sine di-
lectione, fides est dæmonis. Immobi-
des christianorum qui deum non in-
tendent, inferior uidetur esse fide da-
monum, illi Deum intendent. Vnde Ia-
cobus. Tu credis quia unus est Deus
benè facis, & dæmones credunt, &
contrémiscunt. Ecce dæmones uiderunt,
& timuerunt, homines uiderunt
& occiderunt. Viua fides est, qua
cum charitate operatur. Fides que
per dilectionem operatur, ait Paula.

Fidei incitamenta sunt quatuor.

1. Cor. 16. **P**rimum est scriptura. Vnde Pa-
lus. Vigilate & state in fide. Se-
cundum quia est homini nece-
saria. Heb. 11. Sine fide impossibile est
pla